

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ.

ad omnium restitutionem, qua contra huiusmodi no-
stram Constitutionem receperit, teneatur.

Cappellani
Regum &
Residentia
dispensati.

Dispensabantur denique à Residentiæ lege Ca-
pellani & Clerici Regum Christianissimorum &
Reginarum obsequiis insistentes, quibus hanc gra-
tiam Diplomatus suis fecere Alexander IV.
Martinus IV. Gregorius X. Joannes XXII. &
Clemens VI. ut refert. *I. Tilletius* in Collectione
de Regibus Franciæ, ac eorum Corona, & Domo
pag. 439. 447. 452. 454. Extant in Regio Char-
tulario. Eodem Privilegio Clerici obsequiis Re-
gum Angliæ intendentes fruebantur, ut constat
ex Responsis *Eduardi II.* ad Articulos à * Clero

Anno
MCCCXVI

Anglicano suæ Majestati oblatos. Sic enim ad
viii. respondet: *Placet Domino Regi, quod Cle-
rici suis obsequiis intendentes, si delinquant, per
Ordinarium, ut ceteri, corrigantur. Sed tempore
quo occupantur circa Scaccarium*, ad Residentiam in
suis faciendam Ecclesiis non tenentur. His additur sic
de novo, per Consilium Domini Regis; Rex & Ante-
cessores sui, à tempore cujus contrarii memoria non
existit, usi sunt; quod Clerici, suis immorantes ob-
sequiis, dum obsequiis illis intenderent, ad Residen-
tiam in suis Beneficiis faciendam minime compellan-
tur: Nec debet dici tendere in præjudicium Ecce-
lesiastica libertatis, quod pro Rege & Republica neces-
sarium invenitur.*

L. Edm. quiv.

reito dormiant & quiescant. Si qui vero contradic-
tores extiterint, licitum vobis sit per suspensionem
Officii & Beneficii, aut graviori etiam pœna, si opus
fuerit, ad hanc observantiam eos appellatione com-
pellere non obstante. Hac procul dubio Constitu-
tione fectum Concilium Colonienſe anno mcccxx.
Vitam Regularem & communem in omnibus ejus-
dem Provinciæ Capitulis restituit Canone vii. *Be-
nedictus XII.* Constitutione quæ incipit, *Ad de-
corem*, data Aveniope Idibus Maii, anno m.
cccxxxix. Canonorum Regularium Ordinis *S.
Augustini* reformationem edixit. (Tom. xi. P. ii.
Conciliorum Editionis Labbeanæ.)

II. *Gerardus Magnus*, Daventria oriundus, in
Sacra Facultate Parisiensi Doctor Theologus, Ul-
trajectensis & Aquilgranensis Canonicus, Benefi-
ciis, opibulque dimissis, Congregationem *Fratri-
um Viæ Communis* Daventriæ instituit. Quod In-
stitutum postea per Germaniam inferiorem latè
propagatum est. Canonici Regulares non erant,
sed Clerici nullo voto obligati. Bona si quæ habe-
rent, in commune conferebant, cum in Societa-
tem admittebantur, jurque illa repetendi, si è
Congregatione illos exire contingeret, se in perpetuum
abdicabant. Labore manuum in describen-
dis SS. Patrum libris vitam sustentabant. Scholas
etiam aperuere, instituendæ in literis humaniori-
bus, simulque Christianæ vitæ præceptis Juvetu-
tut. *Fratres Bone Voluntatis* etiam appellati le-
guntur. Hujus Congregationis Historiam scripsit
Aubertus Miræus, & Romanorum Diplomata
Pontificum in eorum gratiam data, etiam post Con-
cilium Constantiense, in quo contra membra quæ-
dam distorta duntaxat hujus Sanctæ Societatis
actum est, in lucem edidit. Obiit *Gerardus Ma-
gnus* anno Christi mcccxxxiv. die xx. Augusti.

Congregatio
Fratrium Viæ
Communis.

Ipsi hoc Elogium inscripsit *Villelmus* Cantor Pa-
riensis, & Ecclesiæ Leodiensis Archidiaconus:
*Sacra recordationis Magister Gerardus, dictus
Magnus, feliciter migravit d. Dominum, & ve-
rè Magnus, qui in omnibus scientiis liberalibus,
Naturalibus, Moralibus, Civilibus, Canonici &
Theologicis, nulli erat secundus in orbe. Erat enim
tanta sanctitatis exemplar in mortificatione carnis,
in abnegatione temporalium, & contemptu mundi,
in fraterna charitate ad omnes, in desiderio salutis
animarum, in efficacia predicationis, in reprobatione
& detestatione vitiorum, in opponendo se hæ-
reticis, in persequendo secundum jura Canonica
concupinosos, in converiendo ad vitam spiritualem
viros ac mulieres prius secundum seculum vi-
ventes, in fidelitate ad Dominum nostrum Urbani
VI. quod multa millia personarum restantur.*

Gerardi
Magni elo-
gium.

Gerardus & aliorum quorundam insignium ac pio-
rum hujus Congregationis virorum Viras literis
mandavit Venerabilis *Thomas à Kempis*. Eum-
dem celebrat *Molanus* in Chronico & in Natal. SS.
Belgii. Chronicon Magnum Belgicum ad annum
mcccclxxi. *Gerardum* moderne devotionis fontem &
originem prædicat. Congregatio *Fratrium Viæ
Communis*, appellata etiam est *Vindesimensis*, à
loco ubi primam erexere Dommum. De ipsius legen-
dus etiam *Pennotus*, Historiæ Tripartitæ lib. ii.
capp. lxxiii. lxiv & lxxv.

III. In eodem Articulo, Num. v. pag. 91. ejusdem Edi-
tionis, Religiosi Censores hanc propositionem notant:
Ad primas Regum preces Beneficia conferebantur.
R. Historiæ res est, certis documentis probata.

SCHOLION I.

In hoc Articulo, Num. iv. pag. 81. & seq. Religiosi
Censores has propositiones notant. *Ecclesiæ Gallicana Pon-
tificis Reservationibus non præbuit assensum; nec Anglicana...
Resistit huic Reservationi etiam S. Ludovicus.*
R. Facta sunt Historica, certis documentis à me pro-
bata.

SCHOLION II.

Ad eundem Articulum, pag. 90. ejusdem Editionis,
Religiosi Censores hanc notam appoluerunt: *Exaggerat
abusum Reservationum.*
R. Non ego, sed Anonymus Episcopus Gallicanus
hunc abusum exaggerat Oratore habita in Concilio Vien-
nensi, quam ex MS. Vaticanæ Bibliothecæ exhibet *Odo-
ricus Raynaldus* in Annalibus Ecclesiasticis.

SCHOLION III.

In eodem Articulo, Num. v. pag. 91. ejusdem Edi-
tionis, Religiosi Censores hanc propositionem notant:
Ad primas Regum preces Beneficia conferebantur.
R. Historiæ res est, certis documentis probata.

SCHOLION IV.

In eodem Articulo, Num. vi. pag. 96. Religiosi Cen-
sores hanc propositionem notant: *Reges jure Regalia in
Gallia nonnulla Beneficia conferebant.*
R. Id certissimum, & quantum necesse erat, eo loci
probatum ex *Gaufrido de Belloloco* in Vita S. Ludovici
Regis Francorum.

ARTICULUS IV.

De Canonicis & Clericis Regularibus.

Episcopi Ca-
thedralium
suarum Ca-
nonicos ad
vitæ & glori-
æ professio-
nem compell-
ere poterant.

I. Episcopi Canonicos Cathedralium suarum ad
vitæ Regularis Professionem compellere po-
terant, ut ex Decretali, *Quoniam à Gregorio IX.*
promulgata, Tit. *De vita & honestate Clericorum*,
competitur. Statuimus, ut facultatibus Ecce-
siarum vestrarum, provenitibus & expensis diligenter
inspectis, certum in eis valeatis ponere numerum
Clericorum: & statuere ut bona eorum veniant in
communem, in una domo vescantur, atque sub uno

ARTICULUS V.

De Monachis, & Sanctimonialibus.

I. Novos Ordines xiii. & xiv. Seculo peperit
Ecclesiæ. *Pauperum Catholicorum* Congre-
gationem in Provincia Tartaconensi instituerunt
Bernardus Primus, & *Durandus de Osea*, Vval-
denses

Quid Pauperum
Catholicorum.
A quibus in-
stitutus &
constitutus.